

DE  
MULTIPLICATIONE  
ANGVLORVM PER FACTORES  
EXPEDIENDA.

Auctore  
L. EVLERO.

---

*Conuent. exhib. die 15 April. 1776.*

---

§. 1.

Denotet  $\Phi$  angulum quemcunque propositum, sitque  $n\Phi$  eius  
multipulum, cuius tam sinum quam cosinum per factores  
exprimere oporteat. Ad hoc praestandum in subsidium vocetur  
formula imaginaria  $u = \cos. \Phi + \sqrt{-1} \sin. \Phi$ , eritque  
 $\frac{1}{u} = u^{-1} = \cos. \Phi - \sqrt{-1} \sin. \Phi$ , vnde ergo sequitur fore  
 $u + u^{-1} = 2 \cos. \Phi$  et  $u - u^{-1} = 2 \sqrt{-1} \sin. \Phi$ . Constat  
autem similem fore rationem omnium potestatum huius for-  
mulae, siquidem erit  $u^n = \cos. n\Phi + \sqrt{-1} \sin. n\Phi$  et  
 $u^{-n} = \cos. n\Phi - \sqrt{-1} \sin. n\Phi$ , atque hinc colligimus

$$u^n + u^{-n} = 2 \cos. n\Phi \text{ et } u^n - u^{-n} = 2 \sqrt{-1} \sin. n\Phi.$$

Hinc igitur sequitur fore

$$\cos. n\Phi = \frac{1}{2}(u^n + u^{-n}) \text{ et } \sin. n\Phi = \frac{1}{2\sqrt{-1}}(u^n - u^{-n}).$$

Per huiusmodi ergo formulas etiam tangentem et cotangen-  
tem, item secantem et cosecantem anguli multipli  $n\Phi$  expri-  
mere licebit, ita vt sufficiat eius tantum sinum et cosinum in  
factores resoluisse, quorum vtrumque hic seorsim euoluamus.

## I. Resolutio cosinus anguli multipli $n\phi$ in factores.

§. 2. Cum fit, vt modo vidimus,

$$\cos. n\phi = \frac{1}{2}(u^n + u^{-n}),$$

totum negotium huc redit, vt formula  $u^n + u^{-n}$  in suos factores resoluatur. Facile autem perspicitur, singulos huius formulae factores talem formam esse habituros:  $u - 2 \cos. \omega + u^{-1}$ , ac numerum talium factorum esse debere  $= n$ ; quandoquidem si  $n$  huiusmodi factores in se inuicem multiplicentur, summa potestas positua ipsius  $u$  vtique prodibit  $u^n$ , summa autem potestas negatiua  $= u^{-n}$ ; ex quo necesse est, vt omnes potestates intermediae ipsius  $u$  se mutuo destruant. Ex hac igitur conditione singulos angulos  $\omega$  definire oportebit, id quod vtique insignem laborem postularet; vnde hanc inuestigationem ex ipsa indole factorum deriuemus.

§. 3. Hic autem perspicuum est, si haec formula:  $u - 2 \cos. \omega + u^{-1}$ , fuerit factor formae propositae  $u^n + u^{-n}$ , angulum  $\omega$  ita comparatum esse debere, vt si statueretur iste factor  $u - 2 \cos. \omega + u^{-1} = 0$ , tum etiam ipsa forma proposita  $u^n + u^{-n}$  ad nihilum redigeretur. Neque vero hic putandum est, istam formulam reuera nihilo aequalem supponi, sed tantum hypothetice asseritur, si ista formula, esset  $= 0$ , etiamsi id fieri nequeat, tum etiam ipsam formam propositam in nihilum esse abituram; quemadmodum scilicet nouimus, formulae  $1 - x x$  factorem esse  $1 - x$ , propterea quod posito  $1 - x = 0$ , siue  $x = 1$ , etiam fiat  $1 - x x = 0$ , etiamsi quantitas  $x$  fortasse nunquam vnitati fiat aequalis.

§. 4. Iam vero si esset  $u - 2 \cos. \omega + u^{-1} = 0$ , inde foret  $u = \cos. \omega + \sqrt{-1} \sin. \omega$ , quamobrem hic valor, in formam

nam  $u^n + u^{-n}$  introductus, eam ad nihilum redigere deberet; tum autem foret, vt supra notauimus:

$$u^n = \cos. n\omega + \sqrt{-1} \sin. n\omega \text{ et}$$

$$u^{-n} = \cos. n\omega - \sqrt{-1} \sin. n\omega,$$

ficque forma proposita fiet  $= 2 \cos. n\omega$ , quae ergo quantitas necessario euanescere debet, quia aliter formula assumpta factor formae propositae esse non posset.

§. 5. Hinc igitur patet angulum  $\omega$  ita accipi debere, vt eius multipli  $n\omega$  cosinus euanescat; vnde manifestum est, si  $\rho$  designet angulum rectum, tum illi conditioni satisfieri, si statuatur vel  $n\omega = \rho$ ; vel  $n\omega = 3\rho$ ; vel  $n\omega = 5\rho$ ; vel  $n\omega = 7\rho$ ; etc. ex quo valores idonei pro angulo quaesito  $\omega$  erunt sequentes:  $1^\circ. \frac{\rho}{n}$ ;  $2^\circ. \frac{3\rho}{n}$ ;  $3^\circ. \frac{5\rho}{n}$ ;  $4^\circ. \frac{7\rho}{n}$ ; etc. et in genere  $\frac{i\rho}{n}$ , denotante  $i$  numerum imparem quemcunque; ita vt horum valorum numerus reuera sit infinitus, cum tamen pro nostro instituto tantum  $n$  valoribus diuersis indigeamus.

§. 6. Quanquam autem numerus valorum pro  $\omega$  inuentorum sit infinitus, tamen inter eos innumerabiles dantur, qui pro  $\cos. \omega$  eundem valorem producent. Cum enim omnibus istis angulis:  $\psi$ ,  $4\rho + \psi$ ,  $8\rho + \psi$ , etc. idem cosinus conueniat, etiam omnes isti anguli:  $\frac{\rho}{n}$ ,  $\frac{(4n+1)\rho}{n}$ ,  $\frac{(8n+1)\rho}{n}$ , etc. communi gaudebunt cosinu, similique modo etiam omnes hi anguli:  $\frac{3\rho}{n}$ ,  $\frac{(4n+3)\rho}{n}$ ,  $\frac{(8n+3)\rho}{n}$ , etc., tum vero etiam isti:  $\frac{5\rho}{n}$ ,  $\frac{(4n+5)\rho}{n}$ ,  $\frac{(8n+5)\rho}{n}$ , etc. communi cosinu erunt praediti; vnde ex quolibet ordine vnicum tantum valorem, eumque simplicissimum, sumi conueniet, donec eorum numerus fiat  $= n$ .

§. 7. Ex his igitur colligimus, omnes valores idoneos pro angulo  $\omega$  assumendos ordine ita progredi:

$$\begin{array}{cccc}
 1. & 2. & 3. & 4. \\
 \frac{\rho}{n}; & \frac{3\rho}{n}; & \frac{5\rho}{n}; & \frac{7\rho}{n}; \text{ etc.}
 \end{array}$$

quorum numerus cum debeat esse  $= n$ , ultimus eorum erit  $\frac{(2n-1)\rho}{n}$ . Si enim ulterius progredi vellemus, ad eiusmodi angulos perueniremus, quorum cosinus iam in praecedentibus occurrerent. Anguli enim proxime sequentis  $\frac{(2n+1)\rho}{n}$  cosinus foret ipsius ultimi  $\frac{(2n-1)\rho}{n}$  cosinui aequalis: in genere enim hi duo anguli  $\psi$  et  $4\rho - \psi$  communem habent cosinum; vnde si fuerit  $\psi = \frac{(2n+1)\rho}{n}$ , erit  $4\rho - \psi = \frac{(2n-1)\rho}{n}$ , qui est terminus ultimus. Simili modo sequentium secundus  $\frac{(2n+3)\rho}{n}$ , eundem habet cosinum quem angulus  $\frac{(2n-3)\rho}{n}$  habet, qui in nostro ordine est penultimus. Eodem modo sequentium tertius  $\frac{(2n+5)\rho}{n}$  cum nostro antepenultimo  $\frac{(2n-5)\rho}{n}$  communem habebit cosinum; quod idem de reliquis sequentibus est tenendum, quippe quorum omnium cosinus iam in nostro ordine occurrunt; vnde patet omnes valores idoneos anguli  $\omega$ , quorum numerus est  $= n$ , contineri in hac serie:

$$\begin{array}{cccccccc}
 1. & 2. & 3. & 4. & . & . & . & n \\
 \frac{\rho}{n}; & \frac{3\rho}{n}; & \frac{5\rho}{n}; & \frac{7\rho}{n}; & . & . & . & \frac{(2n-1)\rho}{n} .
 \end{array}$$

§. 8. Cum igitur, si pro  $\omega$  accipiatur valor quicumque huius progressionis, ista formula  $u - 2 \cos. \omega + u^{-1}$  certe sit factor formae  $u^n + u^{-n}$ , restituamus nunc valorem initio assumptum  $u = \cos. \Phi + \sqrt{-1} \sin. \Phi$ , et quia hinc  $u + u^{-1} = 2 \cos. \Phi$ , huius formae  $u^n + u^{-n}$  factor quicumque erit  $2 (\cos. \Phi - \cos. \omega)$ , quare si loco  $\omega$  successive omnes eius valores scribamus, omnes factores obtinebimus, quorum numerus cum sit  $= n$ , forma nostra  $u^n + u^{-n}$  aequabitur huic producto ex  $n$  factoribus constanti:

$$2^n (\cos. \Phi - \cos. \frac{\rho}{n}) (\cos. \Phi - \cos. \frac{3\rho}{n}) (\cos. \Phi - \cos. \frac{5\rho}{n}) \times \\ \times (\cos. \Phi - \cos. \frac{7\rho}{n}) . . . . (\cos. \Phi - \cos. \frac{(2n-1)\rho}{n}).$$

§. 9. Cum igitur sit  $\cos. n\Phi = \frac{1}{2}(u^n + u^{-n})$ , si hoc productum substituamus, cosinus anguli  $n\Phi$  sequenti modo per productum ex  $n$  factoribus compositum exprimetur:

$$\cos. n\Phi = 2^{n-1} (\cos. \Phi - \cos. \frac{\rho}{n}) (\cos. \Phi - \cos. \frac{3\rho}{n}) \times \\ \times (\cos. \Phi - \cos. \frac{5\rho}{n}) . . . . (\cos. \Phi - \cos. \frac{(2n-1)\rho}{n}),$$

unde sequentes deducimus resolutiones speciales, dum loco  $n$  ordine numeros 1, 2, 3, 4, etc. assumimus:

$$\cos. 1\Phi = \cos. \Phi - \cos. \frac{\rho}{1} = \cos. \Phi.$$

$$\cos. 2\Phi = 2 (\cos. \Phi - \cos. \frac{1}{2}\rho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{3}{2}\rho).$$

$$\cos. 3\Phi = 4 (\cos. \Phi - \cos. \frac{1}{3}\rho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{2}{3}\rho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{5}{3}\rho).$$

$$\cos. 4\Phi = 8 (\cos. \Phi - \cos. \frac{1}{4}\rho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{3}{4}\rho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{5}{4}\rho) \times \\ \times (\cos. \Phi - \cos. \frac{7}{4}\rho).$$

$$\cos. 5\Phi = 16 (\cos. \Phi - \cos. \frac{1}{5}\rho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{3}{5}\rho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{4}{5}\rho) \times \\ \times (\cos. \Phi - \cos. \frac{7}{5}\rho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{9}{5}\rho)$$

$$\cos. 6\Phi = 32 (\cos. \Phi - \cos. \frac{1}{6}\rho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{5}{6}\rho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{7}{6}\rho) \times \\ \times (\cos. \Phi - \cos. \frac{11}{6}\rho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{13}{6}\rho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{17}{6}\rho).$$

etc.

etc.

§. 10. Quodsi omnes istos factores attentius consideremus, reperiemus binos factores ab extremis aequae distantes commode in vnum contrahi posse. Cum enim duorum angulorum, quorum summa est  $180^\circ = 2\rho$ , cosinus sint aequales, sed contrario signō affecti, ob angulum  $\frac{(2n-1)\rho}{n} = 2\rho - \frac{\rho}{n}$ , eius cosinus erit  $= -\cos. \frac{\rho}{n}$ , ideoque vltimus factor  $= \cos. \Phi$   
+  $\cos.$

§ 2

+  $\cos. \frac{\rho}{n}$ , qui ductus in primum praebet productum  $\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{\rho}{n})^2$ . Simili modo pro penultimo factore, ob  $\frac{(2n-3)\rho}{n} = 2\rho - \frac{3\rho}{n}$ , huius anguli cosinus erit  $= -\cos. \frac{3\rho}{n}$ , ideoque ipse factor penultimus  $= \cos. \Phi + \cos. \frac{3\rho}{n}$ , qui ductus in secundum dabit productum  $\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{3\rho}{n})^2$ . Eodem modo factor tertius cum antepenultimo coniunctus dabit hoc productum  $\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{5\rho}{n})^2$ . Hoc igitur modo numerus factorum ad semissem reducetur, si numerus  $n$  fuerit par, sin autem fuerit impar, facta hac contractione solitarius relinquetur terminus medius, qui semper erit  $\cos. \Phi$ , ob  $\cos. \rho = 0$ .

§. 11. Quodsi ergo hoc modo resolutionem in factores exhibere velimus, ea pro casibus simplicioribus ita se habebit:

$$\cos. \Phi = \cos. \Phi.$$

$$\cos. 2\Phi = 2[\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{1}{2}\rho)^2].$$

$$\cos. 3\Phi = 4[\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{1}{3}\rho)^2] \cos. \Phi.$$

$$\cos. 4\Phi = 8[\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{1}{4}\rho)^2][\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{3}{4}\rho)^2].$$

$$\cos. 5\Phi = 16[\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{1}{5}\rho)^2][\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{3}{5}\rho)^2] \cos. \Phi.$$

$$\cos. 6\Phi = 32[\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{1}{6}\rho)^2][\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{3}{6}\rho)^2] \times$$

$$\times [\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{5}{6}\rho)^2].$$

$$\cos. 7\Phi = 64[\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{1}{7}\rho)^2][\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{3}{7}\rho)^2] \times$$

$$\times [\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{5}{7}\rho)^2] \cos. \Phi.$$

$$\cos. 8\Phi = 128[\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{1}{8}\rho)^2][\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{3}{8}\rho)^2] \times$$

$$\times [\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{5}{8}\rho)^2][\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{7}{8}\rho)^2].$$

etc.

etc.

§. 12. Istos autem factores in formam adhuc concinniorem transmutare licet. Cum enim in genere fit

$$\text{cof. } \psi^2 = \frac{1}{2} + \frac{1}{2} \text{cof. } 2\psi, \text{ erit}$$

$$\text{cof. } \Phi^2 - \text{cof. } \psi^2 = \frac{1}{2} \text{cof. } 2\Phi - \frac{1}{2} \text{cof. } 2\psi;$$

tum vero etiam constat esse in genere

$$\text{cof. } 2\Phi - \text{cof. } 2\psi = 2 \text{fin. } (\Phi + \psi) \text{fin. } (\psi - \Phi),$$

consequenter

$$\text{cof. } \Phi^2 - \text{cof. } \psi^2 = \text{fin. } (\Phi + \psi) \text{fin. } (\psi - \Phi).$$

§. 13. Quodsi ergo ista reductione in superioribus formulis utamur, singuli factores ad simplices sinus reuocabuntur; habebimus enim:

$$\text{cof. } \Phi = \text{cof. } \Phi.$$

$$\text{cof. } 2\Phi = 2 \text{fin. } \left(\frac{1}{2}\varrho + \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{1}{2}\varrho - \Phi\right)$$

$$\text{cof. } 3\Phi = 4 \text{fin. } \left(\frac{1}{3}\varrho + \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{1}{3}\varrho - \Phi\right) \text{cof. } \Phi.$$

$$\text{cof. } 4\Phi = 8 \text{fin. } \left(\frac{1}{4}\varrho + \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{1}{4}\varrho - \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{3}{4}\varrho + \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{3}{4}\varrho - \Phi\right).$$

$$\text{cof. } 5\Phi = 16 \text{fin. } \left(\frac{1}{5}\varrho + \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{1}{5}\varrho - \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{3}{5}\varrho + \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{3}{5}\varrho - \Phi\right) \times \\ \times \text{cof. } \Phi$$

$$\text{cof. } 6\Phi = 32 \text{fin. } \left(\frac{1}{6}\varrho + \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{1}{6}\varrho - \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{3}{6}\varrho + \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{3}{6}\varrho - \Phi\right) \times \\ \times \text{fin. } \left(\frac{5}{6}\varrho + \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{5}{6}\varrho - \Phi\right).$$

etc.

etc.

vnde in genere concludimus fore

$$\text{cof. } n\Phi = 2^{n-1} \text{fin. } \left(\frac{\varrho}{n} + \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{\varrho}{n} - \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{3\varrho}{n} + \Phi\right) \times \\ \times \text{fin. } \left(\frac{3\varrho}{n} - \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{5\varrho}{n} + \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{5\varrho}{n} - \Phi\right) \text{ etc.}$$

Vbi obseruetur, si  $n$  fuerit numerus impar, tum ultimo factori accedere cof.  $\Phi$ . Caeterum hos factores eo vsque produci oportet, donec eorum numerus fiat  $= n$ .

§. 14. Si quis maluerit omnes istos factores etiam per cosinus exhibere, talis transformatio in promptu est. Cum enim sit  $\sin. \psi = \text{cof.} (\varrho - \psi)$ , nostrae resolutiones sequenti modo procedent:

$$\text{cof.} \Phi = \text{cof.} \Phi.$$

$$\text{cof.} 2 \Phi = 2 \text{cof.} \left(\frac{1}{2} \varrho - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{1}{2} \varrho + \Phi\right).$$

$$\text{cof.} 3 \Phi = 4 \text{cof.} \left(\frac{2}{3} \varrho - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{2}{3} \varrho + \Phi\right) \text{cof.} \Phi.$$

$$\text{cof.} 4 \Phi = 8 \text{cof.} \left(\frac{3}{4} \varrho - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{3}{4} \varrho + \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{1}{4} \varrho - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{1}{4} \varrho + \Phi\right)$$

$$\text{cof.} 5 \Phi = 16 \text{cof.} \left(\frac{4}{5} \varrho - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{4}{5} \varrho + \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{2}{5} \varrho - \Phi\right) \times \\ \times \text{cof.} \left(\frac{2}{5} \varrho + \Phi\right) \text{cof.} \Phi.$$

$$\text{cof.} 6 \Phi = 32 \text{cof.} \left(\frac{5}{6} \varrho - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{5}{6} \varrho + \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{3}{6} \varrho - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{3}{6} \varrho + \Phi\right) \times \\ \times \text{cof.} \left(\frac{1}{6} \varrho - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{1}{6} \varrho + \Phi\right).$$

$$\text{cof.} 7 \Phi = 64 \text{cof.} \left(\frac{6}{7} \varrho - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{6}{7} \varrho + \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{4}{7} \varrho - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{4}{7} \varrho + \Phi\right) \times \\ \times \text{cof.} \left(\frac{2}{7} \varrho - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{2}{7} \varrho + \Phi\right) \text{cof.} \Phi.$$

$$\text{cof.} 8 \Phi = 128 \text{cof.} \left(\frac{7}{8} \varrho - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{7}{8} \varrho + \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{5}{8} \varrho - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{5}{8} \varrho + \Phi\right) \times \\ \times \text{cof.} \left(\frac{3}{8} \varrho - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{3}{8} \varrho + \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{1}{8} \varrho - \Phi\right) \times \\ \times \text{cof.} \left(\frac{1}{8} \varrho + \Phi\right).$$

§. 15. Quo igitur ordo in his expressionibus clarius ob oculos ponatur, duos casus distingui conueniet, quos hic seorsim referemus, prouti numerus  $n$  fuerit vel par vel impar.

Casu quo  $n = 2i$ , erit:

$$\text{cof.} 2i \Phi = 2^{2i-1} \text{cof.} \left(\frac{\varrho}{2i} + \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{\varrho}{2i} - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{3\varrho}{2i} + \Phi\right) \times \\ \times \text{cof.} \left(\frac{3\varrho}{2i} - \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{5\varrho}{2i} + \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{5\varrho}{2i} - \Phi\right) \dots \times \\ \times \text{cof.} \left(\frac{(2i-1)\varrho}{2i} + \Phi\right) \text{cof.} \left(\frac{(2i-1)\varrho}{2i} - \Phi\right).$$

Casu



Casu quo  $n = 2i + 1$ , erit

$$\begin{aligned} \text{cof. } (2i + 1) \Phi &= 2^{2i} \text{cof. } \Phi \text{cof. } \left(\frac{2\rho}{2i+1} + \Phi\right) \times \\ &\times \text{cof. } \left(\frac{2\rho}{2i+1} - \Phi\right) \text{cof. } \left(\frac{4\rho}{2i+1} + \Phi\right) \text{cof. } \left(\frac{4\rho}{2i+1} - \Phi\right) \times \\ &\times \text{cof. } \left(\frac{6\rho}{2i+1} + \Phi\right) \text{cof. } \left(\frac{6\rho}{2i+1} - \Phi\right) \dots \times \\ &\times \text{cof. } \left(\frac{2i\rho}{2i+1} + \Phi\right) \text{cof. } \left(\frac{2i\rho}{2i+1} - \Phi\right). \end{aligned}$$

## II. Resolutio sinus anguli multipli $n\Phi$ in factores.

§. 16. Manentibus denominationibus initio stabilitis iam notauimus esse  $\sin. n\Phi = \frac{1}{2\sqrt{-1}}(u^n - u^{-n})$ ; vnde nobis incumbit in factores huius formae  $u^n - u^{-n}$  inquirere. Hic autem statim elucet, cunctos eius factores non habere posse formam supra arctam  $u - 2 \text{cof. } \omega + u^{-1}$ , quandoquidem ex  $n$  huiusmodi factoribus maxima potestas negatiua proditura esset  $+u^{-n}$ , cum tamen hic sit  $-u^{-n}$ ; facile autem patet formae nostrae propositae  $u^n - u^{-n}$  vnum factorem certe esse  $u - u^{-1}$ , quandoquidem  $uu - 1$  semper est factor formae  $u^{2n} - 1$ . Hoc igitur primo factore constituto, reliquorum, quorum ergo numerus erit  $= 2n - 1$ , forma tuto assumi potest supra vsurpata  $u - 2 \text{cof. } \omega + u^{-1}$ , vbi ergo angulum  $\omega$  ita comparatum esse oportet, vt si poneretur  $u - 2 \text{cof. } \omega + u^{-1} = 0$ , id quod fit capiendo  $u = \text{cof. } \omega + \sqrt{-1} \sin. \omega$ , ipsa forma proposita  $u^n - u^{-n}$  ad nihilum redigeretur.

§. 17. Supra autem iam obseruauimus, si fuerit  $u = \text{cof. } \omega + \sqrt{-1} \sin. \omega$ , tum prodire  
 $u^n - u^{-n} = 2 \sqrt{-1} \sin. \omega,$

E 2

quem

quem ergo valorem nihilo aequalem esse oportet, unde manente  $\varrho$  caractere anguli recti, quia omnium horum angulorum  $2\varrho, 4\varrho, 6\varrho, 8\varrho$ , et in genere  $2i\varrho$ , sinus evanescent, idonei anguli pro  $\omega$  accipiendi hanc progressionem constituent:  $\frac{2\varrho}{n}; \frac{4\varrho}{n}; \frac{6\varrho}{n}; \frac{8\varrho}{n}$ ; etc. quorum quidem numerus est infinitus; verum ob rationes iam ante allegatas hic tantum priores, numero  $n-1$ , accipi conveniet, ita ut ultimus valorum idoneorum futurus sit  $\frac{2(n-1)\varrho}{n}$ .

§. 18. Hic quidem videtur, primo loco statui debuiffe angulum  $\frac{2\varrho}{n}$ ; verum hinc nasceretur factor  $u - 2 + u^{-1}$ , qui involuit quadratum, dum est  $\frac{1}{u}(u-1)^2$ , eiusque radix  $u-1$ , quae his casibus tantum accipi debet, iam in nostro factore primo  $u - u^{-1}$  continetur. Praeterea vero in isto factore primo etiam continetur  $u+1$ , qui autem in valore nostro ordinem proxime sequente, qui esset  $\frac{2n\varrho}{n} = 2\varrho = \omega$ , contineretur, siquidem hinc resultaret factor

$$u + 2 + u^{-1} = \frac{1}{u}(u+1)^2.$$

Caeterum vero patet, si angulos illos pro  $\omega$  datos ultra terminum praescriptum continuare vellemus, eorum cosinus iam in antecedentibus contineri. Veluti si sumeremus  $\omega = \frac{2(n+1)\varrho}{n}$ , foret  $4\varrho - \omega = \frac{2(n-1)\varrho}{n}$ , qui in assignatis valoribus iam continetur.

§. 19. Restituamus nunc loco  $u$  valorem assumtum  $\text{cof. } \Phi - \sqrt{-1} \text{ sin. } \Phi$ , ac pro primo factore habebimus  $u - u^{-1} = 2\sqrt{-1} \text{ sin. } \Phi$ . Deinde vero pro quolibet factore reliquorum fiet

$$u - 2 \text{ cof. } \omega + u^{-1} = 2(\text{cof. } \Phi - \text{cof. } \omega),$$

quamobrem si loco  $\omega$  successive valores debitos scribamus, forma

forma proposita  $u^n - u^{-n}$  sequenti producto acquabitur;

$$2^n \sqrt{-1} \sin. \Phi (\cos. \Phi - \cos. \frac{2\varrho}{n}) (\cos. \Phi - \cos. \frac{4\varrho}{n}) \times \\ \times (\cos. \Phi - \cos. \frac{6\varrho}{n}) (\cos. \Phi - \cos. \frac{8\varrho}{n}) ;$$

quorum factorum ultimus erit  $\cos. \Phi - \cos. (\frac{2(n-1)\varrho}{n})$ .

§. 20. Cum igitur sit  $\sin. n \Phi = \frac{1}{2^n \sqrt{-1}} (u^n - u^{-n})$ , hoc valore, quem modo inuenimus, substituto, reperiemus:

$$\sin. n \Phi = 2^{n-1} \sin. \Phi (\cos. \Phi - \cos. \frac{2\varrho}{n}) (\cos. \Phi - \cos. \frac{4\varrho}{n}) \times \\ \times (\cos. \Phi - \cos. \frac{6\varrho}{n}) \dots (\cos. \Phi - \cos. \frac{2(n-1)\varrho}{n}),$$

vnde sequentes casus speciales deriuasse iuuabit:

$$\sin. \Phi = \sin. \Phi.$$

$$\sin. 2 \Phi = 2 \sin. \Phi \cos. \Phi.$$

$$\sin. 3 \Phi = 4 \sin. \Phi (\cos. \Phi - \cos. \frac{2}{3}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{4}{3}\varrho).$$

$$\sin. 4 \Phi = 8 \sin. \Phi (\cos. \Phi - \cos. \frac{2}{4}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{4}{4}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{6}{4}\varrho).$$

$$\sin. 5 \Phi = 16 \sin. \Phi (\cos. \Phi - \cos. \frac{2}{5}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{4}{5}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{6}{5}\varrho) \times \\ \times (\cos. \Phi - \cos. \frac{8}{5}\varrho).$$

$$\sin. 6 \Phi = 32 \sin. \Phi (\cos. \Phi - \cos. \frac{2}{6}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{4}{6}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{6}{6}\varrho) \times \\ \times (\cos. \Phi - \cos. \frac{8}{6}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{10}{6}\varrho).$$

$$\sin. 7 \Phi = 64 \sin. \Phi (\cos. \Phi - \cos. \frac{2}{7}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{4}{7}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{6}{7}\varrho) \times \\ \times (\cos. \Phi - \cos. \frac{8}{7}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{10}{7}\varrho) \times \\ \times (\cos. \Phi - \cos. \frac{12}{7}\varrho).$$

$$\sin. 8 \Phi = 128 \sin. \Phi (\cos. \Phi - \cos. \frac{2}{8}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{4}{8}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{6}{8}\varrho) \times \\ \times (\cos. \Phi - \cos. \frac{8}{8}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{10}{8}\varrho) \times \\ \times (\cos. \Phi - \cos. \frac{12}{8}\varrho) (\cos. \Phi - \cos. \frac{14}{8}\varrho).$$

etc.

etc.

§. 21. Seposito iam primo factore  $\sin. \Phi$ , in reliquis, quorum numerus est  $n - 1$ , idem vsu venit, quod ante, ut scilicet illi factores ab extremis aequidistantes in vnum contrahi queant. Cum enim vltimus factor sit  $\cos. \frac{2(n-1)\rho}{n}$ , ob angulum  $\frac{2(n-1)\rho}{n} = 2\rho - \frac{2\rho}{n}$ , eius cosinus erit  $= -\cos. \frac{2\rho}{n}$ , ita vt iste factor sit  $\cos. \Phi + \cos. \frac{2\rho}{n}$ , qui ergo per primum multiplicatus dat productum  $\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{2\rho}{n})^2$ , Simili modo factores secundus et penultimus contrahentur in hoc productum:  $\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{4\rho}{n})^2$ , hocque modo factorum numerus ad dimidium reuocabitur, siquidem  $n - 1$  fuerit numerus par, ideoque  $n$  impar; casibus autem, quibus  $n - 1$  est impar, ideoque  $n$  par, insuper accedet factor medius, qui semper est  $\cos. \Phi$ ; vnde hoc productum ita se habebit:

$$\sin. n \Phi = 2^{n-1} \sin. \Phi [\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{2\rho}{n})^2] [\cos. \Phi^2 - (\cos. \frac{4\rho}{n})^2] \times \\ \times [\cos. \Phi^2 - \cos. \frac{6\rho}{n})^2] [\cos. \Phi^2 - \cos. \frac{8\rho}{n})^2] \text{ etc.}$$

§. 22. Supra autem vidimus esse

$$\cos. \Phi^2 - \cos. \Psi^2 = \frac{1}{2} \cos. 2\Phi - \frac{1}{2} \cos. 2\Psi,$$

quae formula denuo resoluitur in hos duos factores:

$$\sin. (\Phi + \Psi) \sin. (\Psi - \Phi),$$

sicque hoc modo omnium factorum numerus crit  $n - 1$ . Hac igitur resolutione adhibita reperietur:

$$\sin. n \Phi = 2^{n-1} \sin. \Phi \sin. (\frac{2\rho}{n} + \Phi) \sin. (\frac{2\rho}{n} - \Phi) \sin. (\frac{4\rho}{n} + \Phi) \times \\ \times \sin. (\frac{4\rho}{n} - \Phi) \sin. (\frac{6\rho}{n} + \Phi) \sin. (\frac{6\rho}{n} - \Phi) \text{ etc.}$$

si modo obseruetur casibus, quibus  $n$  est numerus par, adiungendum esse factorem  $\cos. \Phi$ .

§. 23. Quo indoles huius expressionis clarius perspiciatur, sequentes casus speciales euoluamus :

$$\begin{aligned} \text{fin. } \Phi &= \text{fin. } \Phi. \\ \text{fin. } 2\Phi &= 2 \text{ fin. } \Phi \text{ cof. } \Phi. \\ \text{fin. } 3\Phi &= 4 \text{ fin. } \Phi \text{ fin. } \left(\frac{2}{3}\varrho + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{2}{3}\varrho - \Phi\right). \\ \text{fin. } 4\Phi &= 8 \text{ fin. } \Phi \text{ fin. } \left(\frac{2}{4}\varrho + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{2}{4}\varrho - \Phi\right) \text{ cof. } \Phi. \\ \text{fin. } 5\Phi &= 16 \text{ fin. } \Phi \text{ fin. } \left(\frac{2}{5}\varrho + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{2}{5}\varrho - \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{4}{5}\varrho + \Phi\right) \times \\ &\quad \times \text{ fin. } \left(\frac{4}{5}\varrho - \Phi\right). \\ \text{fin. } 6\Phi &= 32 \text{ fin. } \Phi \text{ fin. } \left(\frac{2}{6}\varrho + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{2}{6}\varrho - \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{4}{6}\varrho + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{4}{6}\varrho - \Phi\right) \times \\ &\quad \times \text{ cof. } \Phi. \\ \text{fin. } 7\Phi &= 64 \text{ fin. } \Phi \text{ fin. } \left(\frac{2}{7}\varrho + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{2}{7}\varrho - \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{4}{7}\varrho + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{4}{7}\varrho - \Phi\right) \times \\ &\quad \times \text{ fin. } \left(\frac{6}{7}\varrho + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{6}{7}\varrho - \Phi\right). \\ \text{fin. } 8\Phi &= 128 \text{ fin. } \Phi \text{ fin. } \left(\frac{2}{8}\varrho + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{2}{8}\varrho - \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{4}{8}\varrho + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{4}{8}\varrho - \Phi\right) \times \\ &\quad \times \text{ fin. } \left(\frac{6}{8}\varrho + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{6}{8}\varrho - \Phi\right) \text{ cof. } \Phi. \\ &\quad \text{etc.} \qquad \qquad \qquad \text{etc.} \end{aligned}$$

§. 24. Ut nunc has formulas rursus generales reddamus, duos casus constitui conuenit, prouti numerus  $n$  fuerit vel par vel impar.

I. Sit  $n = 2i$ , erit

$$\begin{aligned} \text{fin. } 2i\Phi &= 2^{2i-1} \text{ fin. } \Phi \text{ cof. } \Phi \text{ fin. } \left(\frac{\varrho}{i} + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{\varrho}{i} - \Phi\right) \times \\ &\quad \times \text{ fin. } \left(\frac{2\varrho}{i} + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{2\varrho}{i} - \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{3\varrho}{i} + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{3\varrho}{i} - \Phi\right) \times \\ &\quad \times \dots \text{ fin. } \left(\frac{(i-1)\varrho}{i} + \Phi\right) \text{ fin. } \left(\frac{(i-1)\varrho}{i} - \Phi\right). \end{aligned}$$

II. Sit

II. Sit  $n = 2i + 1$ , erit

$$\begin{aligned} \text{fin. } (2i + 1) \Phi &= 2^{2i} \text{fin. } \Phi \text{fin. } \left(\frac{2\rho}{2i+1} + \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{2\rho}{2i+1} - \Phi\right) \times \\ &\times \text{fin. } \left(\frac{4\rho}{2i+1} + \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{4\rho}{2i+1} - \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{6\rho}{2i+1} + \Phi\right) \times \\ &\times \text{fin. } \left(\frac{6\rho}{2i+1} - \Phi\right) \dots \text{fin. } \left(\frac{2i\rho}{2i+1} + \Phi\right) \text{fin. } \left(\frac{2i\rho}{2i+1} - \Phi\right). \end{aligned}$$

§. 25. Quoniam hic omnes factores praeter cof.  $\Phi$  sunt sinus, eos, si lubet, in cofinus conuertere possumus, ope formulae  $\text{fin. } \Psi = \text{cof. } (\rho - \Psi)$ , ac pro binis casibus principalibus sequentes expressiones reperiemus:

Si  $n = 2i$ , erit

$$\begin{aligned} \text{fin. } 2i \Phi &= 2^{2i-1} \text{fin. } \Phi \text{cof. } \Phi \text{cof. } \left(\frac{\rho}{i} + \Phi\right) \text{cof. } \left(\frac{\rho}{i} - \Phi\right) \times \\ &\times \text{cof. } \left(\frac{2\rho}{i} + \Phi\right) \text{cof. } \left(\frac{2\rho}{i} - \Phi\right) \text{cof. } \left(\frac{3\rho}{i} + \Phi\right) \times \\ &\times \text{cof. } \left(\frac{3\rho}{i} - \Phi\right) \text{cof. } \left(\frac{4\rho}{i} + \Phi\right) \text{cof. } \left(\frac{4\rho}{i} - \Phi\right) \times \\ &\times \dots \text{cof. } \left(\frac{(i-1)\rho}{i} + \Phi\right) \text{cof. } \left(\frac{(i-1)\rho}{i} - \Phi\right). \end{aligned}$$

Si  $n = 2i + 1$ , erit

$$\begin{aligned} \text{fin. } (2i + 1) \Phi &= 2^{2i} \text{fin. } \Phi \text{cof. } \left(\frac{\rho}{2i+1} + \Phi\right) \text{cof. } \left(\frac{\rho}{2i+1} - \Phi\right) \times \\ &\times \text{cof. } \left(\frac{3\rho}{2i+1} + \Phi\right) \text{cof. } \left(\frac{3\rho}{2i+1} - \Phi\right) \text{cof. } \left(\frac{5\rho}{2i+1} + \Phi\right) \times \\ &\times \text{cof. } \left(\frac{5\rho}{2i+1} - \Phi\right) \dots \text{cof. } \left(\frac{(2i-1)\rho}{2i+1} + \Phi\right) \times \\ &\times \text{cof. } \left(\frac{(2i-1)\rho}{2i+1} - \Phi\right). \end{aligned}$$

